



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando efurimus. Exercit. 30

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

horā melius & feruentius in obsequijs
 suæ diuinę maiestatis transigendi quā
 præteritā: cumq; corā ipso numeratæ
 sint omnes horæ, & omnia minuta vi-
 tę nostræ, rogabimus eū, ne permittat
 quod hora mortis nos imparatos &
 salutis nostræ immemores inueniat.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, ad seruiēdum
 ei toto vitæ tempore quod nobis
 adhuc superest: incipiemusq; hac ho-
 ra cum nouo spiritu & feruore.

Quando esurimus.

Exercit. 30.

Ioan. 6. Qui venit ad me, non esuriet.

*Matt. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iusti-
 tiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

Luc. 1. Esurientes impleuit bonis.

*Psal. 144. Oculi omniū in te sperant Domi-
 ne: & tu das illis escam in tempore oportuno.*

Apoc. 7. Non esurient, neq; sitient amplius.

Consideratio.

Considerabimus Christū Redem-
 ptorē nostrū pro nobis esuriuisse
 cū tamen ille sit, qui Angelos in cœlis
 satiat, & omnes creaturas in terra su-
 stentat.

Gratia

Gratiarum actio.

GRatias agemus Deo quod factus sit cibus noster, vt animarum nostrarum famem expleret : quodque fame, quam nostri amore tolleravit, æternā satietatē nobis promeruerit.

Confusio.

ERubescemus: considerando quam sæpè animus nostras fame cruciari permiserimus: vnde factum est vt cor nostrum, arefactum fuerit, quia spirituale suum nutrimentum ei præbere negleximus: cum è contrario ferre non possimus, vt corpus vel modica fame prematur, sed statim omnē adhibemus industriam, vt ei cibum subministremus.

Petitio.

ROgabimus Deum, vt nobis de spiritali nutrimento assiduè provideat: largiatur etiam nobis famem & sitim iustitiæ, vt desideremus ei quotidie feruentius inservire.

Obla.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, ad sustinen-
dam amore ipsius omnem famé:
& coniugendo nostram famem, cum
ea quam Christus pro nobis passus est,
offeremus Deo Patri eam in expiatio-
nem nostræ intemperantiæ & guio-
sitatis.

Quando sitimus.

Esai. 55. Omnes sitientes venite ad aquas.

Ioan 7. Si quis sitit, veniat ad me & bibat.

*Psal. 45. Sitiuit anima mea ad Deum fon-
tem viuum.*

Psal 36 Quoniam apud te est fons vite.

Psal. 68. In siti mea, potauerunt me aceto.

Consideratio.

Considerabimus acerbam illam si-
tim, quam Christus in cruce pas-
sus est. Quia cum corpus ipsius sangui-
ne vacuum esset, ipseque iam innume-
ra tormenta & supplicia & tormenta,
tota præterita nocte sustinuisset; attamen
neminem habuit, qui ei vel vni-
cum aquæ scyplum præberet.

Gra-